Universitätsbibliothek Paderborn

Hexameron Mysteriologicvm in quo ex Gen. c. 1. Cosmopoeja Hominis Lapsi Mystica id est Omnia omnium à Creatione Mundi statuum propriè dicta Sacramenta salutis perditae restaurativa nec non Hierarchia ...

Stummel, Friedrich
Sneps, Martin

Herbipoli, 1663

Reseratio Decima Qvarta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9468

Visual Library

ruptibilitatem contra naturam corporis glorioſi? probabile quidem facit Alenſis & alij re ipsâ videri Dominum, & certè poſſibile eſt ita fieri, ſed credimus probabilius non videri ipſum Chriſtum Dominum: factâ item, vi miraculi, ſubſtantiali ſpecierum mutatione (idem eſt ſi fieret naturaliter) ut non maneret ſub illis, ſi adeſſent, panis, vinum, neq; manebit amplius corpus & ſanguis Chriſti.

RESERATIO DECIMA QVARTA.

SOL Euchariſticus præeſt diei gratiæ, illuminat in inſtanti & conjunctos ſibi mirificis illuſtrat benedictionum radijs.

SAcramentum Euchariſtiæ non confert per ſe primam gra

gratiam, ſeu non eſt ordinatum ex fine inſtitutionis in poteſtatem *noctis* peccatorum mortalium, cōferendo remiſſionem eorum & primam ſanctitatem, cenſemus tamen veriſimile eſſe, quod interdum per accidens, mortales diſpellendo tenebras, primæ gratiæ *diem* inducat & probabiliter lucidiorem ſub utraq; ſpecie, quam ſub vna & hoc in inſtanti completæ manducationis. ergone vis ab hoc *Sole* illuminari, vel ut melius dicam, ab agente Deo pro ratâ capacitatis humanæ Deificari? ſuſpice primò ſyderum luminoſas acies, nunquid ſtella differt â ſtella in claritate? conſpice Planetarū orbes, nonne plus mutuant luminis ob immedia-

diatiorem cum fonte luminis conjunctionem *Venus* quàm *Mercurius*, *Mars* quàm *Jupiter*, ipſe quàm *Saturnus*, qui nempe remotisſimus luce perfunditur hebetisſimâ ? ita anima quæ per amoris ardorem, frequentiorem Sacramenti paſtum, ac innocentiæ cuſtodiã divino huic Soli arctius colligatur, ô quàm largis eam Chriſtus cumulat ſpiritualium donorum benedictionibus ! *nec lingua valet dicere*, *nec litera exprimere*, *quid* ſit Sacramentalem hunc paſtum *diligere*, qui ex fine ſuæ inſtitutionis non duntaxat gratiam auget, roboratq; ſævientem legem atq; æſtum membrorum ſecundùm inferiorem portionem, vtpote peccati originalis
ine-

inevitabilem ſobolem, refrigerat, mortalia cavet, venialia diluit; ſed etiam majori fide & devotius maſticantem igneis inflammat deſideriorũ incendiis *ad diſſolvi & eſſe cum Chriſto*, & tandem carnis noſtræ vnionem cum Chriſto & glorioſam operatur reſurrectionem, tantis & tam gratioſis fructibus indignè accedentes non ſolum privantur, ſed ſecundum Apoſtolum: *judicium mortis incurrentes rei exiſtunt corporis & ſanguinis Domini*, de his id Judæ in ſua Catholica dici poteſt: *hi ſunt in epulis ſuis maculæ, convivantes ſine timore, nubes ſine aqua, arbores autumnales, bis mortuæ &c. quibus procella tenebrarum reſervata eſt in æternum.*

1. Cor. 2. v. 27.

Judae v. 12. & 18.

Ni-

Nihilominùs indigno quando indignitas eſt occulta, publicè petenti adminiſtrari debet &c.

RESERATIO DECIMA QVINTA.

DEUS noƈti *fidelium, id eſt, fidei eſſentialiter obſcuræ præfecit Principatum Lucis hierarchicum* Luminare minus, *quod ſine periculo errandi illuminat Eccleſiam, vt in nocte fidei omnia in luce clareſcant.*

ET luminare minùs vt præceſſet noƈti, & ſtellas & poſuit in firmamento Cœli, quod eſt Eccleſia, non illa ſuperna & Triumphans Sanƈtorum, luce & luminis claritate indefeƈtibiliter plena, neſciens viciſſitudinem noƈtis: ſed altera, quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN